

A dem corporale desuit, sed hunc in conspectu aeterni iudicis venenum suae malitiae occidit. Greg. lib. 3. Dial. 6. 5.

A D A M O N E P U N I T A.

Si subjungamus, quod Sophronius scribit in prato spiritali, non arbitror cuiquam fore incredibile: sic enim ille de Abbate Gerontio: Tres simul eramus, inquit, trans mare mortuum, ambulantesque nobis in mortem, Anachoreta quidam alius circa maris ripam deambulabat: contigit autem Saracenos transire per loca illa, & occurrere ipsi. Cum ergo praeterissent eum, reversus unus ex illis Anachoreta caput abscidit, nobis de longinquo spectantibus. Jam enim confederamus mortem. Cum vero lacrymarentur tristes propter Anachoretæ casum, repente cernimus avem supernè venientem raptum Saracenum in sublime tulisse, atque inde in terram illam dimisisse, ex coque lapsu Saracenum interisse. Soph. Prat. Spirit. 6. 21. Pœna parentum, quorum incuria opprimuntur parvuli in lectulis.

Anno Dom. decet. lxxxv. Stephanus V. Pontifex Romanus Gumberto Moguntino Episcopo respondens: Consultasti, inquit, de infantibus, qui in uno lecto dormientes cum parentibus, mortui reperuntur, utrum ferro candenti, aut aqua fervente, aut alio examine huiusmodi parentibus purificate debeant, eos non opprobriose. Monendi sunt namque, & protestandi parentes, ne tam tenellos secum in illo lecto collocent; ne negligentia qualibet proveniente suffocentur, vel opprimantur; unde ipsi homicidii rei inventiantur. Nam ferri candentis, vel aquae ferventis examinatione confessionem extorqueri à quolibet, sacri non censent Canoness; & quod sanctorum Patrum documento sancitum non est, superstitiosa adinventio fieri est præsumendum. Spontanea enim confessione, vel testium approbatione publicata delicta, habito præ oculis Dei timore, commissa sunt regimini nostro iudicare. Occulta vero, & incognita, illi sunt relinquenda, qui solus novit corda filiorum hominum. Hi autem, qui probantur, vel censentur talis reatus esse noxii, tua eos castiget moderatio: quia, si ille, qui conceptum in utero per abortum deleverit, homicida est; quanto magis qui onus salis diei puerulum peremerit, homicida se esse excusare nequebit? Ex Graec. 4. 5. Cosm. Alfons. Ciac. de gest. Step. 6.

Licere Publica Auctoritate malefactores occidere.

EXEMPLA S. SCRIPTURÆ.

Achab Regi Israel, eò quod Benadad Syrorum R. mortis poena extemisset, Propheta quidam comminatus est. 2. Reg. 22. Quoties Deus iustus, Principes alienigenas supplicis tardis interfecit?

EXEMPLA HISTORICA.

Gilbertus historicum scriptor affirmat, Gregorium ejus nominis VI. hæc de Ecclesia Dei meritum fuisse, cum sedis Apostolicæ dignitate, negligentia priorum Pontificum habefactam, sua auctoritate, & animi magnitudine brevi restituerit. Nam & ditionem Ecclesiæ recuperavit, & latrones circa urbem posticos, quorum sævitia peregrini ad urbem religionis causa accedentes neabantur, è medio sustulit, prius execrationibus & interdiciis admonitos, deinde vi & armis domitos. Hanc ob rem ferunt à perniciosis hominibus vulgò homicidam, simoniacum, & sanguinis humani appetentissimum habitum; adeoque à Cardinalibus etiam quibusdam prædicari solitum. Motum itaque Gregorium ipsum, in ea ægitudine, qua postea moritur, Cardinales ad se vocatos verbis castigasse, quodque iustè & sanctè fecisset, ipsi livore moti reprehenderunt: & ut, inquit, scire possitis, ubi mortuus fuero, rectè an desperam fecero, corpus meum ante fores Ecclesiæ sistite vechibus oblatas: si divino nutu aperiantur, censuræ me dignam Christiana sepultura: sin secus, corpus meum unà cum anima damnatum, quò volueritis, ejicite. Cecere mandata Cardinales; atque ita portæ coorto gravi vento apertæ sunt, & corpus eum admiratione omnium, & opinione magnæ sanctitatis introlatum est. Apud Plat. de Vitis Pont. in Greg. 6.

Anno Dom. 998. Otto III. Imp. Romam cogitans, cum Mutinam pervenisset, juxta ipsam in villa Amula dicta hospitio susceptus est. Accidisse autem ipsi tradunt, quæ magna admiratione digna metro scriptis Gotsfridus Priesteriensis: nempe eum coactum fuisse, id iustitia ab eo exigente, Angulam uxorem suam, Mariam nomine, filiam Regis Aragonum, neque Comitum intercessione ream, publicè cremandam iudicare. Coniecit enim semina procox oculos in dictam Comitum, vitrum intergeritum, forma pulcherrimum: quæ à viro passa repulsi, illum de perentratia pudicitia calumniosè accusavit apud Imperatorem; qui facillè nimis adhibens fidem ipsi, Comitum morte damnavit. Quem cum capite amputatum audisset ejus uxor, magna audacia, quam pudoris necius dolor mi-

nistravit abundè, Ottonem convenit pro tribunali sedentem, clamans de necè iustissimi viri vindictam, projectoque capite viri in medium, ipsam Imperatorem rem languinis innocensissimam apud ipsam iura reddentem accusat. Probationem per confectionem ferri candentis, veritatis indicem offert. Consentit ille, paratur ignis, ferrum candens exhibetur, mulier conscia innocentiæ viri sui arripit illud illa, contrèctat inusta, quia iusta stringit, ut flores, ignium metallum, quò solum exuritur precordia Imperatoris. Cui vero insulatus victrix femina, vindictam in Imperatorem à gladio exigit imperantis. Fatetur ille culpam, nec refugit poenam, spondens jugulum, sed posticit indicias. Interini proceres occurrunt, pro vita feminam extorant Imperatoris; sed frustra diu laboratum, ac tandem ea est conditio transacta, ut auctoris sceleris Angulæ, ex qua causa procefferat viri necis, flammis comburenda daretur. Quo facto, suam redemit vitam iustissimus Imp. qui eandem domantibus castris, solus ipse ac liber subeundi supplicii, eam abire rogavit. Cranz. Siffid. Baron. an. 998.

Anno Domini 308. Joannes Dux fratruelis Regis Alberti, quem Rex in curia cum filiis suis educaverat, asseruit, munitiones domini de Riburg ad ipsum pertinere nomine matris sue. Tandem Joannes cum Batonibus, Rudolpho de Barce, Valthero de Eschelbach, & Ulrico de Palma, regem interfectore cogitavit. Haud longè post equitante rege per fax, colloque sitibi per Castell milite, accesserunt Joannes Dux & vi consortes, primique Rudolphus dixit: Quamdiu cada ver illud equiare permittimus? & accedens Joannes Dux cultrum collo Regis infixit, Rudolphus vero eum gladio confodit, Ultricus de Palma gladio caput dissecat. Sicque Albertus Rex in propria terra sua anno prædicto Kalend. Maji est occisus, in quo loco monasterium Ringheld est fundatum; corpus vero ejus Spiritum delatum; atque honorificè sepulturn. Verum occisores Regis fugati: Ultricus enim de Palma obessus per Ludolphum filium Regis in Alpturem obit, in quo castro decapitati sunt 30. viri. Castra Vvaltheri de Eschelbach occupata, ipse in terra comitis de Birmberg pastor pecorum est factus an. 35. In morte fe pandens, honorificè est sepultus. Rudolphus de Barce vivere ad sedem Apostolicam, proditus capitur, & iuxta locum occisionis ductus, ad mortem est adjudicatus: unde ad caudam equi ligatus & distractus; postea ferè rotam est positus. Joannes vero Dux post multas latebras tandem in forma Beghardi venit Ptas, ibi ab Imp. Heni. captus, atque in ordinem itatum Eremitæ S. Augusti. intrusus; post Imp. mortem pluribus annis in eodem manens, tandem ibi sepultus. Napol. Chron. vol. 2.

Philippus Aedeodatus Francorum Rex, acceptis à patre regis insignibus, adolefens in Jadaeos, quorum erat per omnem Franciam ingens multitudo, severitatem exerevit. Hic enim perdidit genitū impia consuetudo erat, surreptum quocumque aliquem infantem Christianum in locum apud se subterraneanum duceret, atque illum diu pennis affectum, tandem die veneris sanctæ Crucis affigere, contententes iuo hoc immani facinore Dei Christi mortem, & Christianorum religionem iudicio habentes. Quam rem postquam Rex cetero cognovit, jubet eos omnes comprehendere; comprehensos auro argenteoque atque vestibus spoliat. Postea vero execrabile eorumdem Judaeorum facinus ad Philippum delati est: apud Brayum castrum quandam Christianam, quem furum homicidique infimulabant, capum, ferro ipineo coronaverant, deductumque per oppidum, & multis verberibus affectum, tandem cruci affigentes interemerunt, permittente loci domina, quam ipsi muneribus evicerant. Cognita injuria, Rex nulla mora interposita, nec sententiis Hæreticis, quid animo ageretur, ad Brayum præpropere fe contulit, moxque portas & viarum exitus à suis diligenter observari præcipiens, supra octoginta Judæos comprehensos creantur jubet. Robert. Gaz. lib. 6. sub Philip. Aug. Ritus Neap. lib. 2. de Regib. Franc.

Stephani Ungarorum Regis sanctitas apud Bessus Bulgarotque in tanta fuit exultatione, ut sexaginta ex illis apprimè nobiles, fortunatos omnes fecum ducentes, ad eum in Pannoniam proferant. Quos cum Tribuni aliquot auri cupidine circumvenissent, Rex sceleris auctores in regni finibus in crucem egit. Quæ factum est, ut quoad vixerat, ne minimum quidem latrocinium in Ungaria posthac patratum fenscrit. Anton. Borpp. lib. 1. hist. Bo. micæ Decad. 2.

Ladislavus Joannis Huniadiis F. Ulrici Clivie Comitum in comitatu Ladislav Regis Ungariæ Alban venientè, & in conclave seducum, à facellibus occidi curavit, eò quod patri suo sæpè insidias posuisset, rebus illius gestis invidens. Rex eam injuriam ad se pertinere dissimulans, comprehensionem non multo post Ladislavum Budæ securi percussit, relegata prius à carnifici

A sicè coma, uti vulnere aditum faceret. An. Syl. in hist. Bohemica.

Jacobus Marchio Badensis, ubi latrocinium in ditione sua commissum dicitur, vocatis iis, qui damno affecti fuissent, tantum eos ex fisco suo accipere iussit, quantum esse, quod amississimè, jurejurando affirmasset. Exinde latrones insecutus apprehensos in rotam sustulit. Id est supplicii genus apud Teut. formidabile. Atque ita brevi pacatiss. provinciam reddidit. An. Syl. lib. 4. de Alph.

Bello contra Fr. Cararum Patavinum Principem suscepto, cum relucissent Veneti, subornatos fuisse quosdam facinorosos homines à tyranno, qui aliquot ex patricio ordine viros trucidarent, data est opera, ut ita tota urbe diligenter inquirenter. Eorum quidam apud plebejanam feminam cognomento Gobban capti sunt. Indici, cui veritas ultro expressa est, vitam Patres condonarunt, ita tamen, ut decem annos in custodia esset: reliqui tota urbe equis distracti, & decem geminas columnas in quatuor partibus dissecti, pœnas concepti sceleris meritisimas luerunt. Hoffmann filius, qui nobiles sciendos perculsum oculis subiectus fuerat, laqueo necatus. Nec multo post nonnulli ejusdem sceleris convicti, eodem genere mortis affecti sunt. Sab. lib. 4. Dec. 2.

Totilas Gothorum Rex (ut scribitur quidam) rogatus, ut parceret cuidam, qui virgini plurimum intulerat, respondit: Eiusdem ingenii esse, delicta se obstringere, & delictorum supplicia impedire: omnino autem, aut hunc pœnas dare, aut Gothorum Remp. interire necesse est. Theodatus postquam equitatem divitis posthabuerit, Deum Gothis minus propitium esse factum: præstantem autem esse, iustitiam custodire, quam negligendo invidiam concitare. Carol. Sig. de império Occid. lib. 19. an. 543.

Videatur locus de Pœna & Punitioe.

DEUM MIRO INDICIO DETEGERE HOMICIDIA. Naturale est & multoties observatum, ut si occisor ad cadaver occisi advenierit, vulnere sanguinem emittant; & id non contigit, cum receniter quis occisus est, sed etiam cum à multis diebus: imò ex ipsis nudis offibus ulnere interdum cruor emittit, ut iunctos visum est. Deo videlicet criminis tam enormis auctorem hoc signo ostendente. Solet enim Deus etiam apud gentes homicidium miro iudicio & indicio detegere & vindicare. Hinc illa Melitenfium ad Paulum, cum à vipera invaderetur, vox: Utio non finit cum vivere, sed eum quasi homicidam ad necem persequitur.

Audi Gentilium exempla. Macarius Mtilenensis, Bacchi sacerdos, hospitem in templum seducens occidit: paulò post filii ejus volentes patris sacrificia imitari, unus alterum quasi victimam jugulavit. Mater id sciens, filium qui reliquus erat, quique alium jugulaverat, furibundam torse occidit. Pater sacerdos id cognoscens, ipsam matrem conjugem suam mactavit; ideoque captus, & infamem crimem, ante publicum supplicium in tormentis animam exhalavit. Ecce Deus homicidium sacerdotis, cede prolium, uxoris, & ipsius homicidæ punivit. Testis est: A. L. lib. 31.

Duo Arcades amici venerunt Megaram, alter ad amicum, alter ad Cauponem divertit: hic noctu apparuit alteri, rogans ut subveniret ei, quòd sibi interitus à caupone pataretur. Surrexit ille, sed cogitans esse somnium, mox recubuit. Rediit alter rogans, ut si in vita nolisset opitulari, saltem mortem suam non pateretur inultam, se enim à caupone esse occisum, corpulque in plastrum injectum sub stercore latere: mane ergo dicit, ad portam alta, antequam plastrum oppido exeat, & cadaver, remque ut narro, deprehendens. Fecit ille, cadaver & cauponem deprehendit. Caupo pœnas dedit. Hic minime dubitandum est, quòd illud somnium amico à Deo sit immisissum, ut homicidii auctor prodereat. Narrat hoc Cicero lib. 1. de divinatione.

Ibycus poeta, cum in latrones incidisset, jam occidendus, græves forè supervolantes obsecratus est. Aliquantò post tempore, cum idem latrones in foro sederent, rursusque græves supervolarent, per jocum surrebant inter fe in aurem: adsum Ibyci ultores. Eum sermonem affidentes in suspensionem rauerunt, maxime desiderato jamperdem Ibyco. Rogati, quidnam sibi vellent in foro sedere, rursusque græves facillè responderunt. Subiecit tormentos facinus confessi sunt. Atque tunc velut grum indicio pœnas Ibyco dederunt, ac potius suo iporium indicio perierunt: ita Plu. lib. de loquacitate.

Hesiodi Canis Ganycitoris Naupacti indicavit filios, à quibus fuerat Hesiodus trucidatus. Idem Plu. De Cane qui tempore Pyrrhi Regis occisorè domini sui, motu & latratibus impetivit. Quare tit. de Canum fidelitate. La. B. Theat. Vite Humanæ Tom. IV.

Pleraque exempla Christianorum desumantur ex antea dicitur.

* Homo. DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

HOMO, Græcè ἄνθρωπος, dicitur. Est autem homo, animal rationale. Diciturque non ab humo, ut Varro inquit, quoniam id est commune omnibus animalibus, sed à concordia: nam ὁμόνοια concordia est, & consensus, & divinitus, quod est concordio, consentio. Est enim homo omnium animalium maximè sociabilis: Quare à consortio & concordia hominem dictum existimamus.

CREATIO ET DIGNITAS.

Completa universi hujus fabrica, omnique illius ornatu, Deus hominem, propter quem cetera creaverat, tanquam omnium aliorum complementum & coronidem, produxit; idque intermedia velut consultatione. Ita enim Moyes introducit Deum Patrem alloquentem Filium, & Spiritum S. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Gen. 1. De quo eleganter Ovid. lib. 1. Met.

Itaque produxit hominem Deus de limo terræ, & inspiravit in facie ejus spiraculum vitæ, factusque est homo in animâ viventem. Ubi quinque hominis causæ numerantur: Materia, limus terræ, forma, spiraculum vitæ five anima, que ob id Iuxta à Græcis dicitur: à ἄνεμος id est spiritus capto: respirando enim refrigeratur. Efficientis, Deus, five SS. Trinitas. Exemplar, idem Deus qui imaginem suam nobis indidit, tribuendo animam rationalem gratiæ, & virtutum, & gloriæ capacem, sic ut duplicem Dei imaginem homo deferat, naturalem, quæ peccato non perditur; & supernaturalem, nempe gratiam, quam animam ipsius animæ vocat Augustinus. Finis est, ut homo sit anima vivens, id est sentiens, se movens, intelligens, omniaque vitæ opera exercens supra cætera animantia.

Deus igitur rerum omnium machinator, fecit hominè quod Cicero, quamvis expertus cælestium literaturam, vidit tamen, qui lib. de Legib. 1. hoc idem tradit, quod Propheta, cujus verba subjeci. Hoc animal providum, sagax, multiplex, acutum, memor, plenum rationis & consilii, quem vocamus hominem, præclara quadam conditione generatum esse à summo Deo solum. Est enim ex tot animantium generibus, atque naturis, particeps rationis & cogitationis, cum cætera sint omnia experta. Videtur hominem, quamvis longè à veritate notitia remotum, tamen, quoniam imaginem sapientiæ tuebatur, intellexisse, non nisi à Deo hominem potuisse generari? Ibid. c. 12.

FABRICA.

Sunt ex terra homines, non ut incolæ atque habitatores, sed quasi spectatores superarum rerum atque cælestium, quarum spectaculum ad nullum aliud genus animantium pertinet. Senius autem interpretæ ac nuntii rerum, in capite tanquam in arce, mirificè ad usus necessarios & facti & collati sunt. Nam oculi tanquam speculatores, altissimum locum obtinent, ex quo plurima conspicientes fungantur suo munere. Et aures, cum sonum percipere debeant, qui natura in sublime fertur, rectè in altis corporum partibus collocatæ sunt. Itaque nares, eò quòd omnis odor ad super: fertur, rectè sursum sunt: & quòd cibi & potiois iudicium magnum earum est, non sine causa viciniam oris secutæ sunt. Jam gustatus, qui sentire eorum, quibus vescimur, genera debet, habitat in ea parte oris, quam esculentis & poculentis iter natura præciacit. Tactus autem toto corpore aquabiliter fusus est, ut omnes ictus, omneque nimis frigoris & caloris appulsus sentire possimus. Atque ut in ædificiis architecti advertunt ad oculos nartibusque dominorum ea quæ perfluentia necessariò terri essent aliquid habitura, sic natura res similes procul amandavit à sensibus. Adde quòd ipsa natura primum oculos membranis tenuissimis velavit & septit, quas primum pelliculas fecit, ut per eas cerni possent firmas autem, ut continerentur. Sed lubricos oculos fecit & mobiles, ut declinarent, si quid noceret, & aspectum, quòd vellent, facillè converterent. Nasus ita locatus est, ut quasi murus oculis interfectus esse videatur. Auditus autem semper patet: ejus enim sensum etiam dormientes egerunt: à quo sonus est acceptus, etiam à somno excitamur. Flexuosum iter habet, ne quid intrare possit, si simplex & directum pateret. Provisum etiam, ut si quæ minima bestiola conaretur irrumperet, in foribus aurium tanquàm in visco inhaeresceret. Quam verò aptas manus quamque multarum rerum ministras natura homini dedit, &c. 2. de Nat. Deor.

EXCELLENTIÆ ET PRÆROGATIVÆ.

Complures & insignes humane nature prærogativas in ea oratione Moylis, qua primorum hominum generatio narratur, animadvertere licet. Et prima quidem prærogativa in co-

Acernitur, quod cum Moyses fecerit, Deum omnes alias res præter hominem creasse, vel absoluta voluntate, ut cum dixit, In principio creavit Deus cælum & terram: vel dicendo ac jubendo, ut cum ait, Dixit Deus, Fiat lux, Fiat firmamentum, Fiant luminaria, Congregentur aquæ, Appareat arida, Germinet terra, Producant aquæ, Producat terra, cum ad hominis creationem ventum est, inducit Deus nova quadam & singulari ratione atque oratione uti ad creandum hominem: siquidem velut consilio & deliberatione ad condendum hominem accedens: Faciamus, inquit, hominem ad imaginem & similitudinem nostram.

Secunda prerogativa hominis ea fuit, quod principale ac summum fidei nostræ mysterium, hoc est, sanctissimæ Trinitatis, primum in hominis procreatione indicatum & patefactum esse legitur. Namque illa Dei verba (Faciamus, & Nostram) significant multitudinem & distinctionem divinarum personarum: una verò (ad imaginem ac similitudinem) & quod præmittitur (Dixit Deus,) & quod postea subditur (Fecit Deus ad imaginem, & similitudinem tuam) divinæ nature veritatem aperte demonstrant. Ergo mysterium Sacrosanctæ Trinitatis primum in generatione hominis resecratum est, quod postea in ejusdem hominis regeneratione, quæ per Baptismum fieri debet, aperte declarandum, & explicatè agnoscendum & profitendum erat.

Tertia prerogativa. Cæteras animantes, omnemque stirpem, terræ & aqua generasse dicuntur: ad hominem non terra nec aqua, ullumve aliud corpus procreasse dicitur, sed solus Deus condidisse: nam est corpus hominis & terra formatum est, sed non à terra, vel à cælo, vel etiam ab Angelis, verum à solo Deo, qui ex limo corpus humanum quasi manibus suis finxit atque figuravit, & in ipsum vitam & vigorem inspiravit: animamque rationalem, non ex materie gremio sinque, ut cæteras omnes formas mortales, exproptam, sed extrinsecus infusam, & à solo Deo creatam, ex nihilo, corpori à se formato indidit.

Quarta prerogativa. Dedit homini Deus summum jus & imperium in omnes animantes, etiam in eas quæ homine proceriores ac robustiores maximeque terribiles videntur, eaque imperio ejus, ut domini ac regis, potestatisque subiecit.

Quinta prerogativa. Assignavit homini Deus ad habitandum, & sese oblectandum, amenissimum Paradisi domicilium & hortum omnium rerum quæ ad vitam humanam commodè & abundanter degendam, vel delicatè, jucundè beatèque tradendam pertinent, copia instructissimum atque refertissimum.

Sexta prerogativa. Creavit Deus hominem tanta integritate animi & innocentia præditum, ut & mens ejus subiecta esset Deo, & sensus rationi, & corpus animo, & omnes animantes hominis imperio subderentur. Hujus autem integritatis & innocentie magnam fuit argumentum, evidensque testimonium, quod cum Adam & Eva nudi simul versarentur, essentque formosissimi & pulcherrimi, nec sive nuditatis pudore, nec obliæna mutæ libidinis aliquis titillatione tangebantur.

Septima prerogativa. Jussit Deus coram primo homine fisci cunctas terræ animantes, eisque nomina speciatim ab ipso imponi; quo scilicet intelligeretur, & quanta eum Deus rerum naturalium scientia & sapientia complevisset: & ipse animantes nomina ab eo accipientes, quodammodo cognoscere ac profiterentur, pro rege ac domino suo habere hominem, & ejusque jussis obsequi & deservire debere.

Octava prerogativa. Genere quodam immortalitatis etiam corpus hominis donavit: nempe, ut si divinis præceptis parere, ipse longissimo ævo in terris actò, ex vita terrena ad cælestem & sempiternam, necius mortis, omniumque malorum exers, traduceretur.

Nona prerogativa. Nec tantum exquisitissima, ac multiplici rerum naturalium scientia eum ornavit, verum etiam dono Prophetiæ affecit. Nam cum vidisset Evam ex latere suo formatam, divino incitatu & affatu vaticinatus est, dicens: Os ex ore meo, & caro de carne mea, & cætera quæ sequuntur: quibus verbis magnam quoddam contineri mysterium, in *e. 5. Eysij. ad Ephesios* testificatus est Paulus. Quin existimant nec pauci, nec obicuri Doctores, fuisse tunc ab Adamo & præcognitum & prædictum incarnationis mysterium filii Dei: non quidem ut ad remissionem peccati, quod ipse commissurus erat, ordinaretur, non enim tunc sui lapsus erat præscitus; sed ea tantum ratione, qua ad glorificationem humanæ nature referebatur.

Decima prerogativa. Nec illud in postremis Dei erga hominem beneficiis, & dignitatis humanæ argumentis numerandum est, quod ei Deus sapienter sub specie & figura humana, quod magnum erat & sui amoris indicium & humani

incitamentum, præsentiam suam declarabat, eumque familiarissimo sermone & intima consuetudine dignabatur.

Ex his igitur ac potestate hominem Deus ab initio condidit: dignitate ac potestate hominem Deus ab initio condidit: verèque in *lib. Eccl. c. 16.* scriptum esse, Hominem fuisse à Deo multiplici scientia & virtute vestitum & ornatum. Quæ autem fuerit eximia illa primi hominis vestimenta & ornamenta, declarat *S. Bernardus in 1. serm. eorum quas scripsit de Annuntiatione B. Mariæ, & in Psal. Qui habitabat, Sermonem 14.*

LAPSUS ET MISERIA.

Homo cum in honore esset, non intellexit. In quo honore? Habitabat in Paradiso, & in loco voluptatis conversatio ejus: nihil molestiæ nec indigentia sentiebat, odoriferis stipatus malis, fulcitus floribus, gloria & honore coronatus, & constitutus super opera manuum palmatoris. Magis autem ob insigne divinæ similitudinis præcebat, & erat illi fors ac societas cum plebe Angelorum, & cum omni militia cælestis exercitus. Sed mutatus iste gloriam in similitudinem vituli comedentis fœnum. Heu tristis & lacrymosa mutatio! ut homo paradisi accola, terra dominus, celi civis, domesticus Domini Sabaoth, frater beatorum spirituum & cælestium virtutum coheres, repentina se conversione invenit & propter infirmitatem jacentem in stabulo, & propter pecoriam similitudinem indigentem fœno, & propter indomitam feritatem alligatum presepio, sicut scriptum est: In chamo & frano maxillas eorum constringe, &c. Vide hominem prius quatuor virtutibus amictum: quid hinc deeat, quem misericordia custodierat, veritas docebat, iustitia regerebat, pax fovebat: *Bern. in Cant. serm. 35.*

Formatus est homo de luo, de pulvere, & de cinere, quocumque est vilissimus, & spurcissimus spermate conceptus in fœtore luxurie; quodque deterius, & in lebe peccati natus ad laborem, timorem, dolorem, miseriam ad mortem. Agitur prava, quibus offendit Deum, & offendit proximum, offendit seipsum: agit turpia, quibus pollutit famam, pollutit personam, pollutit conscientiam: agit vana, quibus negligit sana, negligit utilia, negligit necessaria. *Innocent. de miseria hom.*

Conditionis nostræ miseriam Deus intra Adamo post peccatum ostendit, dicens: Quia pulvis es, & in pulverem revertetur. *Gen. cap. 3.*

QUID SIT HOMO.

APOPHTHEGMATA ETHNICORUM.

Homo est fortunæ ludus, inconstantiæ imago, corruptionis speculum, temporis spoliolum, inquit *Aristoph.*

Homo est mancipium mortis, viator transiens, pila qua ludit Deus. *Plautus.*

Homo est imbecillum corpus, & indigens alienæ opis, ad omnem fortunæ contumeliam projectum, ait *Seneca.*

Corruptionis vinculum, mors viva, sensitivum cadaver, sepulchrum circumventibile, velamen opacum. *Trismegistus.*

Simulacrum & tenuis umbra. *Sophocles.*

Umbra omnium. *Pindarus.*

Demetrius interrogatus, quid de hominum sorte sentiret? Miseram hominis fortunam esse dixit, cum bona querentibus vix obtinanti: mala autem non tantum non exquirat, sed extra omnem etiam expectationem. *Stob. serm. 96.* Idem admonere sapienter solus est suos, ut humanam imbecillitatem expendere, quod ei per mediocrem possessionem prospiciatur, & miseria in rebus necessariis mensuretur. *Stob. serm. 96.*

Aristonem hominis vitam theatrum similem esse dicebat, ubi pessimi homines ferè semper primatum obtinent. *H. in Meliss. part. 1. serm. 7. Max. ser. 67.*

Antiphon. hominis vitam carceri unius diei similem esse dixit, & totum vitæ spatium uni diei æquale propemodum, per quam intuitu lucem, posteros deinde vitam trahimus. *Stob. ser. 96.*

Cum Simonides convivio lautissimo à Pausania exceptus rogaretur, ut quippam ex Philosophorum arcibus in medium proferret: videns Pausaniam nitentem rebus suis fidere, eò quod jam ad Medorum partes te applicasset: respondit: Memento te in tanta rerum felicitate hominem esse. At Pausanias parum animadvertit, quod à Philosopho dictum esset. Cumque jam in summo vite discrimine eilet, & mortem præ oculis esse intelligeret atrocissimam, altissima voce exclamasse fertur: O Cæc hospes! quam salutare tuam erit consilium. Ego autem adeo capus eram inani perfusione, ut mihi nequaquam tantam admonitionem convenire putarem: unde miserè nunc petere cogor. *Ælian. lib. 6. de var. hist.*

Neoptolemus sciticans, quidnam ab Æschillo, aut Sophocle, aut Euripide dictum admiraretur? Nihil quidem (inquit)

A (inquit) istorum se in admirationem trahere, sed quod ipse vidisset Philippum Cleopatre filia suæ nuptias magnificè celebrantem in cæna amplissima, cum tertius decimus Deus appellaretur, postriede in teatro jugalium & projectum. *Stob. serm. 96.*

Phavorinus homines partim esse ridiculos, partim odiosos, partim miserabiles dixit. Ridiculos quidem, qui per audaciam ad majora aspirant. Odiosos, qui ea consequuntur. Miserabiles verò, qui se frustrantur. *Stob. serm. 11.*

Mercurius Trismegistus: Homo, inquit, animal est imperfectum, membris imperfectis constans, & ex multis diversisque corporibus constitutum corpus gerens. *Stob. serm. 11.*

Aristoteles interrogatus, quidnam esset homo? respondit Imbecillitatis exemplum, temporis spoliolum, fortunæ ludus, inconstantiæ imago, invidia & calamitatis trutina: reliquum verò, pituita & bilis. *Stob. serm. 96.*

Plotinus, Amelior rogant, ut corporis formam pateretur effingi, non passus est. *Quid, inquit, an non fastis nos hanc imaginem circumferre, nisi & imaginis imaginem relinquamus potius ostendamus? Judicavit cum Pythagora, corpus esse thecam mentis, utcumque eam experimentem. Minimum autem hominis videtur eum, qui nihil aliud videt, quam corpus. *Erasm. lib. 8. apoph.**

Ephraim Syrus amilla uxore dicebat, O philosophia! tyrannica sunt præcepta tua: amare jubes, & si quis amiserit quod amabat, dolore & mænore affici prohibes. *Stob. serm. 97.*

Xerxes, cum vidisset universum Hellepontum navibus suis constitutum, omnia littora atque Abydenorum plana hominibus referta jactavit se beatum, moxque fudit lacrymas. Tam subitam mutationem admiratus Artabanus regis patruus, qui discesserat ante expeditionem, ausus rogare causam: tum Xerxes: Subit, inquit, animum meum cogitatio, quam brevis sit hominum vita, quando ex tam numerosa multitudine post annum centesimum nemo superstiturus est. *Plur. in Apoph.*

Philippus, postquam apud Cheroneam Atheniensium profligavit opes, adeo ex nimia felicitate effert cepit, ut se hominem fortunæ malis obnoxium esse non cogitare amplius. Verum cum intelligeret, quid mali ex tanta superbia sibi immineret, ex aulicis pueris uni id muneris injunxit, ut ad solis exortum in sutem cubiculum ingressus inelamaret: Rex muneris te non Deum, sed Hominem esse, multis fragilitatibus, ærumnis ac malis obnoxium & expositum. *Cælius Rhodig. lib. 19. cap. 33. L. A.*

Alexander, cum Deu ubique ob res feliciter gestas vocaretur, se, quod mortalis esset, duabus potissimum rebus deprehendere dicebat, somno videlicet & coitu. Hæc enim præcipue produnt hominis imbecillitatem. Somnus enim quid aliud est, nisi, ut ille ait, gelidæ mortis imago? coitus item quid aliud, nisi species morbi comitalis? *Plur. in Alex.* Idem, dum in oblatione cujusdam urbis infirmissima mœnium querit, sagitta graviter ictus est: nec tamen ab insituro destitit, sed mox quum represso sanguine siccæ vulneris dolor crecescet, & crux equo suspensum paulatim oborbuisse, coactus quod ceperat omittere, ac chirurgum accessere: Omnes, inquit, me prædicant Jovis esse filium, sed vulnus hoc hominem esse me clamat. *Plur. & Q. Curtius in Alex.*

Stratonicus, quum audisset partum matris Timothei regis: Si inquit, opificem peperisset, non Deum, quales emisisset voces? Irridens quorundam fœdam adulationem, qui regum filius tribuebant divinitatem, quum vox parentis regem æque miserabilis sit, ac parturientis quemlibet pebejum: Ipse autem Stratonicus filius erat opificis. *Athen.*

Silenus à Mida capus, rogatus est, quid esset homini optimum, diu silentium tenuit, tandem adactus ut diceret, respondit: Optimum esse nunquam nasci, proximum, quam oculis sine abolere: atque hoc prelo dimissus est. *Plur.*

Scipio Africanus dicere solebat: Ut ii quibus sunt equi ferociores, tradunt eos domitoribus, quò his facilioribus possint uti sic homines præsecundis rebus effrenatos, sibi que præfidentes tanquam in gyrum rationis ac doctrine duci oportere, ut perspecta rerum humanarum imbecillitate, varietateque fortunæ, reddantur moderatores. *Plur. in vita a Scip.*

Hadrianus Imp. cuidam illos Virgilii versus ad verum accommodanti: *Manibus date lilia plenis, &c.* cum trisone respondit: Ego mihi divum adoptavi, non filium. Huc alludens, quod Imperatores referri soleant in numerum divorum, sed à rogo. *Dion. in Hadrian.*

Solon, interrogatus olim, Quid esset homo? respondit,

Puredo est in exortu, bellua in omni vita, esca vermium in morte. *Anton.*

Diogenes, quoties considerabat in hominum vita culatorum gubernatores, medicos aut philosophos, nullum animal dicebat esse homine sapientius. Idem contemplan somniorum interpretes, conjectores, divinos & hujus generis cæteros, aut qui gloria divitiisque ferirent, aiebat, sibi nihil homine videri stultius. Indicans, hominis ingenium ad res optimas accommodum, si exerceatur, sin ad vitia degeneret, longè esse infra mutas pecudes. *Laert. lib. 6.*

Periclitone Pythagore dicebat, conditum & compositum esse hominem in hoc, ut contempletur naturæ rerum ipsiusque sapientia rationem: eidemque laborem esse injunctum comparandi contemplantique rerum quæ extant sapientiam. *Stob. serm. de virtute.*

Plato hominem mansuetum animal esse dicebat. Quòd si recta disciplina institueretur, in mansuetissimum & divinum profertur animal evadere: sin verò non factis aut non bene esset educatus, ferocissimum omnium quæ in terris nascuntur animal reddi. *Lib. de legib.*

Mufonius quid esset homo describens, Homo solus (inquit) omnium in terra degentium Dei imago est, & similes ei virtutes habet. Nam ne inter deos quidem præstantius aliquid excogitari potest, quam prudentia, iustitia, fortitudo, & temperantia, &c. *Stob. serm. 116.*

Cyrus dicebat, eos homines, qui sibi prodesse nollent, cogi oportere, ut aliis sint usui. Significans, servili animo natos sibi que inutiles, imperio adigendos, ut aliorum commodis inserviant. *Plur. in apoph.*

Diogenes quodam tempore lucernam accensam gestans, obambulabat in foro clarissima luce, quaerenti similis. Rogantibus, quid ageret? Hominem, inquit, quaero; notans publici civitatis mores vix homine dignos. *Laert. lib. 6.* Idem in foro stans, clamabat: Adeste homines: veluti concionaturus apud populum. Quumque jam sequeutes convenissent, nec ille desineret clamare, Adeste homines: quidam indignati, En adsumus, dic aliquid. Tum Diogenes baculo illos abigens: Homines, inquit, adesse jussi, non sterquilina. Non putavit hominis cognomen competere in eos qui non viverent iuxta rationem, sed brutorum in morem agerentur affectibus. *Laert. lib. 6. Erasmi. lib. 3. Apoph.* Idem eos qui in coquos, nepotes, scorta, & adulatores facultates suas profundere, similes ductus multus hominum gustaret, sed à corvis & vulturibus ederentur; quo dicto innuit, eos nequaquam esse homines, qui ventri & gula serviunt. *Laert. lib. 6.*

Idem, quum è balneis redeuntem quidam rogassent, num illic esset multum hominum? negavit esse. Rusticus percontatus, an illic esset multa turba, annuit, significans vocabulum in paucos competere. *Laert. lib. 6.* Redeuntem ex Olympiis quidam interrogabat, vidissetne illic multam turbam, Turbam, inquit, plurimam, sed homines perpaucos. *Laert. lib. 6.*

Abdatis Sarracenus importuna quaestione sollicitus, ut renuntiaret quid in rerum natura maxime putaret admirabile: non barbæ sed scienter & pro summi Philosophi sapientia & gravitate respondisse fertur, hominem unum esse, qui admirationem omnem superet. Cum enim Homo in anima insculptam expressamque Dei gerat imaginem, & corpus obtineat cæteris omnibus creatis ita excellens, ut corporeorum præcipue & regula dici possit, in omni momento temporis, Protei instar, se transformat, aut unico instanti Chamæleonis more, mille colorum varietates suscipit.

Phavorinus nihil in terris magnum, præter hominem, agnovit: Sapientes Aegyptiorum titulo Dei mortalis eum insignierunt: Mercurius termaximus appellat animal divinitate plenum, Deorum nuncium, dominum rerum inferiorum, & amicam familiaremque superiorum: Synefus horizontem corporeorum & incorporeorum: Zoroaster audacissimæ & omnia confidenter molientis nature: deus Plato admirabilium admirabile: Aristoteles animal politicum, plenum ratione & consilio, quod omnia est; omnia scilicet non secundum materiam, ut volebat Empedocles, sed per specierum receptionem: Plinius mundi epitomen, & naturæ delicias: Theologi nuncupant omnem creaturam, quòd cum omnibus creaturis naturæ communicatione conspiret, existat cum lapidibus, vivat cum plantis, sentiat cum bestis, intelligat cum Angelis. Alii rectorem universi, rerum omnium finem, cui subalternaria omnia serviunt.

Amagna curæ est uxorum pudicitia, quando nihil potius du- cant, quam incorrupti sanguinis antiquum decus. Sab. Suppl. lib. 8. ex Iovio.

Celebratæ. Colonia illustrium popularum.

TROJUS Pompejus Albanorum Afianorum originem Italicam dicit, asserens, Albanos Herculem ex Italia ab Abano monte, cum Geryone extincto amentia ejus per Italiam duceret, secutos, originis Italice memores, exercitum Cn. Pompeji bello Mithridatico fratres salutavisse. Trajanus Imp. his regem dedit. Nunc sub regno Tartarorum degete creduntur. Ab his Albani orti sunt, quorum pars hodie in Peloponneso, pars in Macedonia sedet, juxta Dyrrachium: qui cum Gothis eruptione facta ex Thracia, jam olim Adriaticum litus infedere. Aeneas Syl. cap. 19. Asia.

Ammonius Marcellinus lib. 15. scribit, se in Gallorum monumentis legisse, & ab incolis accepisse, Gallorum origines Trojanis deberi, tameri fama est, a Doriensibus profectos. Josphus a Gomerio primogenito Japeti, qui natu major erat, superem dedit.

Minorum. Puta ob

ATLANTIDES Africae populi ab se deorum genus manasse, & primum Deum Jovis, id est, Caelum, apud se regnasse prædicant. Diad. 1.

LYMAE Arcadiæ fluvius Phigaliam præterfluens, cum Neda conjungitur. Hoc ei nomen a Rheæ purgatione inditum ferunt: quod, nempe, cum Jovem illam peperisset, in hunc animum Nymphæ peperit coluvis abjecerunt. Coluvis hunc animum Nymphæ peperit coluvis abjecerunt. Coluvis hunc animum Nymphæ peperit coluvis abjecerunt.

Quidam in Creta Jovem natum & educatum dixerunt, ut testatur Lucianus in Sacrificiis: quinetiam sepulcrum illius ibi ostendunt. Scripserunt reliquit in suo Anacrono Epiphanius, suis quoque temporibus in latio monte Cretæ sepulcrum Jovis monstrari solum: quod etiam affirmat Callim. in Hymnis:

Κρητες δει δεισαντες οτι ο θεος εστιν οιο οτιος ετραχισαν ουδ ε δαδης, τον δει αει.

Eum in antro Dictæ montis habitasse, testatur Apollonius Rhodius in Argonaut. At Idæum appellavit Callimachus in hymno in Jovem, quod in Ida sit natus & educatus monte Cretæ. Arcades Olympium vocant, quia Lycæus dictus est Olympus, ut ait Pausanias in Arcadiis; cujus vertex sacrum jugum vocatur, quod ibi Jovem vulgò credunt fuisse educatum. Natalis Comes lib. 2. cap. 1. Mythol.

Samii natam tradunt apud se Junonem ad Imbralam flumen, sub vitice, quæ Pausanias arete in Junonis sacro solo ostendebatur, ut testatur ipsemet in Achaicis.

Agium Peloponnesi oppidum, Clenæ proximum, in quo Jovem à capra lactis alimenta suscepisse scribunt, sicut Aratus prodidit. Hinc Oleniam dixere capellam. Strabo lib. 8.

Orygia, lucus omnis generis materia pulcherrimus, præsertim Cyparisso, prope Ephesium. Per eum Cenchrius amnis fluit, in quo dicunt Latonam ex partu lotam. Nam hoc in loco fabulantur, & partum ejus, & nutricem Orygiam, & adytum, in quo peperit, & proximum oleam, ad quam tradunt eam primò post partum quævisse. Mons luto imminet, nomine Solmissus, ubi dicunt, Curetas armorum sonitu Junonem obtulisse, ex emulatione insidiantem, sicut Latonæ partus eam laterit. Strabo lib. 14.

In Beotia pauid infra paludes Mele amnis, fontem est Apollinis Tegyrei, & oraculum desolatum, quod non admodum diu, sed usque ad bellum Medicum floruit, sacerdotæ Echecrate. Quo loco fabulatur memòrant deum genitum esse. Vicinus autem mons, Delus vocatur, juxtaque eum diffusum flumen cognitur. Ponè sanum duo scaturunt fontes, qui dulcedine, copia & frigore singularem laticem effundunt quorum unum Palmam, Oleam alterum etiam nunc vocant, ut non inter arbores duas, sed fluenta videatur peperisse Latonæ: & prope est Proon, unde oblato subito apro exterritam ferunt fuisse. Jam quæ de Pythone & Tyto referuntur, ea hæc loca item accommodant ad ortum dei. Plut. in Pelopida.

Contendant inter se Græcæ urbes non pauca de Bacchi nativitate. Nam Thebani in Beotia, deinde Elei & Naxii, præterea, qui Eluthera habitant, & Teji, pluresque alii apud se natum perhibent. Teji quidem, quod etiam adhuc in eorum urbe certo antii tempore, de terra vini fons sua sponte suat fa-

pore suavissimo. Cæteri verò, hi quidem ostentant suam regionem Baccho dicant: alii erecta templa illi, sacraque olim stantia. Postremò cum multis orbis locis illius dei meritorem vestigia viderentur, haud mirum est, inultos existimare suas urbes patriamque præ carteris à Baccho dilectas. Alii asserunt in Arabia Nyla ortum. Diad. lib. 3. cap. 5.

Sub Thebanorum in Beotia oppido fons est, quem Cistifam appellant. Hic nutrices fabulantur Liberum partem infantem modò editum abluisset: quippe colere nitent vinum representante limpidoque, & est poti gratissimum, nunc procul strages Cretenses nascuntur passim. Quæ vestigia Haliantii domicilium ibi Rhadamantum habuisse testant. Tumulum quoque ejus ostendunt, quem Alea vocant. Jam Aleamena juxta est monumentum: eamque illic antumant funerant, cum nupisset, defuncto Amphytrione, Rhadamantho, Plut. in Lysandro.

Egypti deum suum Osiridem eum esse affirmant, quem Græci Bacchum vocant. Hunc voluit omnem circumfere orbem, vini repertorem, cum vitæ plantare docerit: quo factò communi gentium omnium consensu fit illi immo altissimè tributa. Indi quoque hunc apud se natum ferunt, vinocultus ab eo hominibus traditum. Diad. in Proemio quart.

Ephesios Tiberis imperante Romam venisse crederent, quod aliquis credulum est) Dianam aque Apollinem in Delo genitos: esse apud se Cenchrium amnem, locum Orygiam, ubi Latonam partu gravidam, & oleam, quæ tum etiam maneret, adinam, ædificasset numina eas, deorumque monitu sacrum nemus: quin & ipsam illic Apollinem post interfectos Cyclopa Jovis iram vitavisse. Meminit post alios Strabo lib. 14. Gel. lib. 3. cap. 4. L. 1. cap. 1. Mythol.

Alphereæ, in urbe Arcyadice, sedes sunt sacre Esculapii & Minervæ, quam, quod apud se natam & educatam prædicant, præcipuis dignantur honoribus. Quo loco & Lecheata Joviam aram dedicantur, cognomine ab eo ducto, quod ibi Minervam peperit. Fontem etiam Tritonidem nuncupant, ad eum, quæ de Tritone amne vulgata sunt, referentes. Paus. in Arcad.

Trirenæ in Phenætarum Atreadum finibus dicitur, à tribus, qui illic sunt, fontibus, quasi Tritonidum dixeris: in illic aquis, recens in lucem editum Mercurium accolere monitis Nymphæ abluisset dicuntur, ob eamque rem eos fontes tanquam Mercurio sacros multa cum religione colunt. Idem.

De Esculapii natalibus digladiantur inter se Epidaurii & Messeni. Epidaurii tamen rationes habent firmiores. Paus. in Corinth.

Distat à Thalamis stadia xx. Pephnos, maritima Læonia civitas. Parva adject insula, nihil omnino ingenti faxo major. Ei quodque Pephnos nomen est. In ea Cætare primum in lucem editos Thalamatæ memòrant, quod ipsum in canticò quodam suo dixit Aleman poeta. Enutritos quidem Pephni negant, sed à Mercurio Pellanam deportatos. In ea tam pusilla insula sub dio anea sunt ipsorum gemellorum sigilla, nihilo pedibus majora: ea, etsi hybernus undis vehementer saxum verberatur, loco tamen nihil moventur: quod miraculo quidem est, & illud ferè haud multò minori, quod formicæ conspiciuntur vulgariibus abdicant colore dissimiles. Eam insulam suorum fuisse olim finium, contendunt Messeni. Propterea gemellos ipsos majore se quam Lacedæmonios propter quietate attingere. Pausan. in Lacon.

Natales Hominum. Patrie splendor non tam ab adificiis & propugnaculis, quam a civium virtute provenit. Propetia etiam Arist. inter species triè & quatuor lib. 1. Rhet. publicam nobilitatem, quæ patriæ a civibus præclaris contingit, enumerat. Cives igitur præclari, gloriæ materiam patriæ præbent.

MILETUS Jonæ multiplici doctrina præditus viris excelluisse fertur: nam & Thales astrologi, qui inter sapientes ad nominatur; Anaximenes philosophi mathematicorum nobilissimi, qui horologium ostendit primus; Timothei musici, & Anaximandri physici; Hecatei historici, atque Æschini oratoris, qui magno in pretio fuerit, aliique scientiis viris floruisse fertur. Alex. lib. 6. cap. 5.

Ex Asia poeta Anacreotus, Mimnermus, & Antimachus, clari præconio celebrati: deinde Hipponax, & Sappho, atque Alceæ poeta, qui lyricis inventi. Præter hos, Xanthus, Hecateus, Herodotus, Ephorus, & Theopompus historici, aliique præcipue doctrinæ viri, illam sempiternæ laudi memoriae commendaverunt. Idem.

A Cætheja seu Julis, parva circa Delon insula, clara ingeniiis virique. Ex ea enim Simonides poeta, qui scripsit multa præclarè, & Bacchilides, deinde Erasistratus medendi arte clarus, cujus plura documenta sunt: atque Aristo Bionis amulux ex Peripatetica disciplina, duxere originem. Idem.

Ex Bithynia Xenocrates philosophus, & Dionysius dialecticus, Hipparchus & Theodotus: item Theophanes orator, in causis forensibus versatus egregie, & Alcibiades medicus. Alex. lib. 6. cap. 5.

Ex Cyrenis Callimachus, qui elegos scripsit primus (quo tempore Livius poeta Romæ fabulam dedit) & Aristippus Socraticus floruisse dicitur, cujus filia Arera tantum ingenio valuit, ut post Aristippum scholas cum laude rexerit, & disciplinas docerit. Idem.

Tharsius, Alabanda, Tyrus, Gnidus, Rhodus, variis eruditionibus & doctrinis excellere, præcipuoque & summo ingenio viros eduxere. Idem.

Coronabantur olim in sacris cæraminis non victores ipsi, sed eorum Patriæ; neque corona victori dabatur, sed patriam ab eo coronari pronuntiabant. Proclamabant enim & parentes & patrias victorum. Plin. lib. 16. c. 4. & lib. 7. item Pindarus gloffemariarius.

Erythrae (de Herophile enim Sibylla hi acerrimè Græcorum omnium certant) Corycum montem, & in eo antium ostendunt, in quo nam Herophilum dicunt: parentes ejus fuisse Theodorum, hominem indigenam, & nympham, cui fuerit cognomen Idæ: cognominis, non aliam esse rationem, quam quod condensa arboribus loca Idas tunc homines appellavit. Pausanias in Phocis.

Coorum ephesio propter Hippocrati medici merita concessum, ut Athenis eadem, si vellent, qua civium ephesio educatione influerentur.

Natus est Augustus, M. T. Cicerone & Anthonio Coss. ix. Kal. Octobris, regione Palatii, ac Capita Bubula: ubi nunc sacrarium habetur, aliquando post, quam excessit, constitutum. Nam cum C. Lectorius adolescens patricii generis, in deprecanda gravioris adulteri pena, præter atatem atque natales, hoo quoque patribus conscriptis allegaret, se esse possessorem, ac vellet aditum soli, quod primum D. Augustus nascens attingit, peteretque donari C. patris proprio hoc ac peculiari dote: decretum est, ut ea pars domus consecraretur. Nutrimenterum Augusti Cæsarilocus in avito suburbano; juxta Velitras, permodicus, & celix penuria instar ostenditur, tanquam & natus ibi sit. Huc intoritur, nisi necessariò & castè, religio est: concepta opinione veteri, quasi temerè adeuntibus horroz quidam & metus obiciatur: sed & mox confirmata est. Nam cum possessor villæ novus, seu fortè, seu tentandi causa cubitum se ex contulisset, evenit, ut post paucissimas noctes horas exturbatus inde subita vi, & incerta, penè semianimis cum strato simul, ante fores inveniretur. Svetonius.

Hispania orbi tetarum Romanos Imperatores dedit, Nervam primò, inde Trajanum, post Hadrianum, Trajanum consobrinæ F. inde Theodosium Magnum, ex Italica civitate (qui etiam Trajanus) Carolum item V. & Ferdinandum.

Pannonia olim produxit Cæsares & Augustos potentiss. qui totum penè orbem rexerit: Decium scilicet & Bubalis ortum: Claudium II. qui urbem potentem Colofuar condidit, & Dalmatica oriundum: Aurelianum, & Syrmio progenitum: Probum Cæsarem; etiam & Syrmio progenitum: Carum Illyricum; cum filiis Darino & Numeriano: Valentinianum seniorem, ex Cibala ortum, cum fratre Valente: & Valentiniani filium Gratianum, Syrmio genitum, Cæsar.

Helvetica olim Vestigianum Cæsarem, ex ipso Aventico ortum decentem, teste Suetonio: multo verò certiores & illustiores natales Rodolfo I. Habsburgensi dedit, cujus posteritas sub Austriacæ familie titulo totius penè Occidentis Christiani gubernacula moderatur.

OB MAJESTATEM IMPERIIUM. Quomodo honorantur magistratus. IN GENERE. Regium nomen, sanctum ubique, sed in Oriente veneratione præcipue. Regum ibi majestas eximia, consuetibus ad nomen barbaris: quemque secundis rebus reverentia cultum exhibere, vel in adversis præstant constantissime. Cælius lib. 8. cap. 1. Antiq. Leil.

Egyptii suos reges summo honore venerationeque ut deos observant; nam neque absque divino numine illos tantum Imperium credunt assequitur: & optimè de mortibus meritos, propter res egregie gestas, divinæ naturæ participes arbitrantur. Diad. lib. 1. c. 7.

Non secus apud Gallorum gentem consuetudine inveterata venerabilis atque augusta est regis sui majestas, quam natura illa suprema, numenve divinum. Guiciardi lib. 22.

Uni omnium hominum maximè Lusitani reges suos admittuntur & amant vehementer. Ib. Metellus in epist. de Naviza. Lusitan.

Scoti montani & Hebridum incolæ, rectiore delecto (quem Tribus vocant Capitaneum) per præconem edicunt sub capitis pena, ne quis ex castris novum ducem alio quam trito vetulioque Tribus rectoris nomine deinceps appelleret: ubicunque verò id audiverit, amoto capitis tegmine, flexoque poplite, non secus ac si sacris interesset, reveretur. Hinc per manum, pedem, nomenve sui ducis in contractibus jurate consueverunt. H. Boeth. lib. 4.

IN SPECIE. SIC DEFERTUR MAGISTRATUI VIVENTI. Salutatio, Adoratio. M. Catoni de provincia digredienti, Milites manum reverenter esse osculatos, legitimus apud Plutarchum: quod genus honoris Imperatoribus modò, idque per paucos id temporis tribuebatur.

Apud Persas, Medos & Indos, reges adorari, & salutando homines toto corpore procidere, legitimus Alexand. ab Alex. lib. 2. cap. 19.

Comitatus honorificus. Tradunt, Q. Fabii Maximi proavum Fabium Rullum sive Rutilianum, qui sine controversia maxima gloria Romæ atque auctoritate floruit, quinquies fuit Consul, clarissimos triumphos ex gravissimis bellis duxit, cum filio consule in provinciam profectum legatum. In cujus triumpho, cum curru ille quadrijuco inveheret, equo ipse incedens cum reliquis secutus est, glorians, quod qui in potestate filium haberet & atque inter cives maximus & esset & diceretur, subiceret legibus se & magistratui. Plut. in Fabio.

Maxima diligentia Romani hunc morem retinuerunt, ne quis se inter Cos. & proximum licetorem, quamvis officii causa una progredieretur, interponeret: filio dumtaxat, & ei puero, ante patrem Cos. ambulandi jus erat. Qui mos adeò pertinaciter retentus est, ut Q. Fabius Maximus quinquies Cos. vir etiam pridem summa auctoritas, & tunc ultimæ senectutis, à filio Cos. invitatus, ut inter se & licetorem procederet, ne hostium Samnitium turba, ad quorum colloquium descendebant, elideretur, id facere noluerit. Val. lib. 2. cap. 1. Gellius lib. 2. Noct. Att.

Cum se laeberetur Tiberius Cæsar, neminem senatorii aut equestris ordinis consequi patiebatur. Dion. Nic. in ejus vita.

Osculus. Apud Romanos licetorum erat, ut comitantes magistratus, populum de via discedere juberent, ne quisquam magistratum pedes offenderet, vel ulla ex parte impediret: si eques obviam veniret, ab equo descendere juberent; quod magni honoris loco habebatur. Valer. Max. lib. 2. cap. 1. & Alexand. lib. 1. cap. 17.

Tiberius Cæsar magistratus habebat in honore, non aliter atque stante repub. asurgebatque Consulibus: & quoties eis cœnam dabat, ingredientibus ad fores procedebat obviam, & comitabatur abeuntes. Svetonius.

Gloria Victorie. Joab polemarchus Davidis regis, Rabbam Ammonitarum metropolim oppugnans, regiam urbis partem cepit. Misit ergo nuncios ad Davidem, ut cogeret reliquum exercitum, & præsens adesset, ut ea gloria captæ urbis regi; non Joab, adcriberetur. Paruit David, & Rabbam expugnata, auream coronam regis illorum, quæ talentum pendebat; gemmisque ornata erat, suo capiti impoluit. 1. Reg. 12.

Munera. Cum rex in Persiam equitat, omnes ei Persæ, singuli pro suis facultatibus, muneribus offerunt. Qui agriculturam operantur, & qui sua manu laborant opifices, neque nimis atricia & prava; neque nimis preciosa & magnifica donant: sed aut boves aut oves, nonnulli etiam frumentum sive vinum. Exemti autem

anem ipsi & praeerantant, haec à singulis apponuntur, & numerum nomine vocantur; qua appellatione etiam ipse recipit. Pauperiores haec, palmis, & caesum ferunt, maturaque bellaria, & alius primitias de suis fructibus. *Eliau. de Varia hist. lib. 1.* *Conjule sub Tulo, Grai pro muteribus, Artaxerxis exemplum.*
 Indi, cum eorum rex capillos abluit, solemnia celebrant, & maxima dona mittunt, divitias suas certatim ostentantes. *Strabo lib. 15. Geographia.*

Statue.

M. Antonino Philosopho Imp. & Faustinae conjugii, Senatus Rom. decrevit statuas argenteas in templo Veneris dedicari, aramque extrui, in qua virgines omnes quae nuberent in urbe, una cum sponsis sacrificarent. Præterea ut in theatro statua Faustinae aurea in sella, quæ semper, quoties Marcus spectaret in eminentiore loco, unde ipsa spectare consueverat vivens, poneretur ei: eique omnes præstantissima feminae affiderent. *Dion. & Xiphilinus.*

RUT Hippodamia, Loci dignitas.

A condita urbe usque ad Africanum & Tiberium Longum consules, promiscuus senatus Rom. & populo spectandorum ludorum locus erat: nunquam tamen quicumque ex plebe in theatro ante P. C. spectare sinitur. Aded circumsperta Rom. civitatis verendum fuit. *Val. Max. lib. 4. cap. 5.*

Etiam certissimum sui documentum etiam illo die exhibitum, quo L. Flaminius extrema in parte theatri constitit; qui à M. Catone & L. Flacco censoribus senatus motus fuerat, consensit iam honore defunctus: frater etiam T. Flaminius, Macedoniam Philippique victoris. Omnes enim cum transfere in locum dignitati suæ debitum coegerunt. *Ibidem.*

MORTUO.

Jabenes Galaadite erga Saul regem defunctum pii fuerunt. Audientes enim eadem ejus, & quod cadaver ejus in muris Bethanis (quæ Scythopolis aliis dicitur) Philistini suspendissent: fortissimi quique eorum nocte tota profecti, Saul, ejusque filiorum corpora de Bethanis muris absterunt, Jabemque reversi, ea cremarunt, & ossibus sub nemore Jabe sepulitis, septem diebus regem suum fletu & jejanis luxerunt. *1. Reg. 31.*

Petislex erat, ut à morte regis, legum & juris intermissio per quinque dies fieret: nimirum ut intelligerent subditi, in quanto pretio regem ac legem haberi deceat, auctore *Servio. Stobus serm. 42.*

Egyptii in obitu regis singuli capita luto deturpant, & nudatis mammillis mulieres virique pectoribus plangunt, atque in desormi illuvie 72. dies, cibis animantium, vino & omni paratu abstinent: ac recenentes regis virtutes, crebris ejulatibus luctum renovant. *Alexand. ab Alexand. lib. 3. c. 7. ex Herodot. lib. 1.*

Ut mors Tr. Imp. palam facta est, non secus atque in domestico luctu morientibus publice cunctis, Senatus prius, quam edicto convocarentur, ad curiam accurrunt: obferatque adhuc foribus, deinde apertis, tantas mortuo gratias egit laudisque, quantas concessit ne vivo quidem unquam, atque præsentis. *Sueton. in ejus vita.*

Petrinaci Romanorum Imp. à militibus jam interfecto, Severus Imp. non tantum monumentum fecit, ejusque nomina in votis atque sacramentis omnibus justit uturpari: sed ut statua quoque ejus aurea curia ab Elephantis veheretur in circuitum, præcepit. *Xiphilinus in Severo.*

Pictacæ vicium Alpium Scotorum regem manibus post tergum revinctis in proximo pago securi percussant: caput conto affixum, Camelodunum deportatum, in eminentissima murorum parte patibulo affixerant. Aliquanto post quidam adolescentes Scoti, veluti mercatus causa Camelodunum profecti, interpesta nocte, è mœnibus sublatum præcipiti cursu in patriam detulerunt, idemque plumbea capula occultum, longa sacerdotum deductione, rege Kennetho multis cum proceribus comitante, in Jonam delatum, inter sacra regum monumenta cum corpore composuerunt reliquo. Hos viros, qui summo vitæ discrimine Alpini caput Cameloduni manibus, ac demum patriæ reddiderant, eoque facto magna Scotos levaverat ignominia, Kennethus, rex agris amplius donatus remuuetatus est. *H. Borth. lib. 10.*

Mortem, Sepulchrum clarorum hominum.

Huc refert Tit. Sepulchrum, quatenus illustrium virorum monumentis solvices sese putant incolæ.

In Thespensium finibus vicus est, qui Hefonacon dicitur. In eo fons, Narcissi appellatur, quod in case aqua Narcissus aspectu dicatur: donec suam illam esse umbram non intelligens, vi imprudens amore caperetur, atque ex eo ad eundem fontem extaberet. *Pausanias in Boeotia.*

Insula Achilles, tumulo ejus viri clara. Est ab ea cxxxv. millia passuum peninsula, ad formam gladii in transversum porrecta, exercitatione ejusdem cognominata Dromos Achilles. *Plin. lib. 4. c. 12.*

Quæ est à Pontis Thebas Boeotias iter, ad vix dexteram, circumseptæ est columnis non magna utique aræ. Ibi terram discessisse credunt, cum Amphiarus subito soli hiatu est absorptus. Addunt ad fabulam, neque aves illis columnis insidere, neque ejus aræ herbam, ullum vel ferum, vel mansuetum animal attingere. Quo in loco terra absorptus est, urbs condita fuit Harmatos nomine. *Paus. in Boeotia.*

Jos à Naxo xxiv. m. passuum, Homerici sepulchro veneranda, longitudinis xxv. m. *Plin. lib. 4. c. 12.*

De Laidis meretricis monumento certant Corinthii & Thessali. *Pausan. in Corinthiaco.*

Pompejopoli Syriae in Strati poete monumentum facti lapides, evestigio in jacientem resiliunt, divino potius miraculo, quam naturali aliqua ratione. Antæ etiam 70. cubito- rum longitudine sepulchrum Gadibus, Plutarcho referente sacrum reputatur: cujus aliqua pars laesa, nisi illic repararetur, continua pluvia durat.

Abiamum vel Passumum iis in locis memorabilium.

Jordanis Judææ fluvius, ob Christi summi regis lavacrum, omnium, quæ sunt hodie in terris, præcipua religio insignis, ex Panabe, qui Cafarez nomen est, duobus fontibus oritur: Jor huic nomen, Dan illic est, ut D. Hieronymus tradidit, unde & Jordanis facta vox est. *Sab. lib. 2. in 1.*

Prope Argyram Achæzæ oppidum, Promontorium mari imminet. In hoc ipsum mare fabula vulgavit, Saturnum salcem abjecisse, Cœlum patrem cum exercisset, & ex eo promontorium Drepanum vocatum. *Pausan. in Achæis.*

Megarid ab Prytæum offendant saxum, quod Anlectra appellant, quod ibi Ceres post longos errores filiam evocavit: & femina anniversario ceremoniarum ritu fabulam confirmant. *Pausan. in Atticis.*

Thebis Boeotia locus ostenditur, in quo Junonem Herculi infanti mammam præbuisse, quodam Jovis dolo, asserunt. *Paus. in Boeotia.*

Supra Chæronæ mœnia, est præruptus montis crepidio, qui Petrarachus appellatur. Eo loco decrepam à Rhea Saturnum credi voluit, oblato lapide pro Jove. *Idem.*

Thaumasius Arcadiaz mons à miraculis appellatur, supra Molossium anem est. Huc se Rheam Jovem utero ferentem recepit, credi voluit Methydriensis, Hoplodamo & aliis ejus locis gigantibus in auxilium accitis, si forte Saturnus vim ei ullam intenterent. At fatentur illi quidem, Rheam in quadam Lycei parte peperisse: dolo vero Saturnum, pro puerulo lapide apposito, in hoc ipso monte circumventum prodere. Spectatur in jugo spelunca Rheæ, quod nulli hominum, præterquam solis deæ facta facientibus feminis, introitus fas est. *Paus. in Arcadiis.*

Ad medium montis Caucafi est rupes, quæ in partes quatuor stadia decem, in altum quatuor protenditur stadia, in qua Promethei antrum, & fabulose illius aquilæ nidus, catenarumque signa ab incolis ostenduntur. *Diod. lib. 17.*

Joppe Phœnicem, antiquior terrarum inundatione, ut ferunt, insidet collem, præjacente fixo, in quo vinculorum Andromedæ veligia ostenduntur. *Plin. lib. 5. c. 13. Idem. c. 31.* ante Joppen in Phœnicio mari Parium insulam extare scribit, in qua objectam belluæ Andromedam ferunt. Ossa monstri illius M. Scaurus inter alia miracula in ædilitate suæ Romæ publicavit. Annalibus nota res est. Mensuræ quoque veteribus libris continentur, sicut quod costarum longitudine excederet pedes 40. & excellens elephantis fuerit Indicus eminentior. Porro ventriculi spinæ ipsius, latitudine semipedem sunt supergressæ. *Solinus cap. 47.*

Cadamum

A Cadmum cum focis bos in Beotia ad Thebas duxit, & innuiguit. Locus Mycaleus appellatus. *Paus. in Beotia.*

Fuit circa Ponti ostium, in ora Afix, locus, quem incolæ Bovem dixerunt. Ibi primum Io Inachi filia constitisse traditur in fabulis. *Sab. lib. 2. Em. 2.*

In Arcadia supra Nonarum Montes sunt Aroania dicti, in quibus splunca, intra quam furore actæ Proeti filia se abdidit, & inde à Melampode extracta sunt, & Lulos abactæ, in templo Dianæ, quæ ab eo eventu Hæmeretia, h. e. placabilis nomen meruit, lustratæ fuerunt atque curatæ. Locus Lusi in ora Afix, dicitur. *Paus. in Arcadiis.*

Ab Orestis infania loca adhuc quædam Arcadiaz nomen habent. Apud Træzenios ante eadem Dianæ Lyceæ lapis est sacer, super quo nomen viri Træzenii Orestem de matris crede purgant. *Pausanias in Corinth. In Laconia à Gytheo stadia tria distat lapis, qui Ouis dicitur. Orestem apud, cum ibi vocasset, insania liberatam. Ex rei inventu lapis ille Jupiter fediit, & Capotes, Dorienium lingua. Pausanias in Laconicis.*

Oedipicium Græcia pars quilibet aliquid servat monumentum. Nam & recens natum plantis pedum transmissis in Cithærone, Platæidis terræ monte exponi parentes jussurunt. Eum Corinthus, & quæ ad Isthmum jacet regio aluit. Phocidis trivium paternæ credis est scelere pollutum. Thebanis incensurum noptiarum, & Ercolus perdidit, perpetua fuit infamia sustinenda. *Paus. in Phœnicis.*

Fama est, equum Pegasus, cum pararet in Aetocorintho monte ex fonte Pyrene, à Bellerophonte apprehensum fuisse, alatum, inquam, caballum, qui de Medusæ Gorgonis excocture gutture prosilierat. Vulgatum est etiam, Caballinum in Helicone fontem erupisse, cum subiectam ibi ripem ferret ungula. *Strabo lib. 8.*

Ostenditur Salaminæ non longè à portu saxum, super quo Telamonem confidisse ajunt, cum navem, qua Aulidem filii ad Græcorum classem vecti sunt, occultis prosequeretur. *Pausanias in Atticis.*

Aulidæ, qui portus est Boeotæ, Dianæ ades est, in qua Græci Iphigeniam immolaturi erant, nisi pro ea candidam cervam Diana mandam submisisset. Platani ejus, cujus mentionem facit Homerus, nunc etiam in tempore reliquam à trunco partem servat. *Paus. in Boeotia.*

Træzene in foro tria solia è candido lapide ostenduntur, in quibus Pitheum regem cum duobus viris, qui ei aderant, jus dicere solitum ajunt. Non longè abest Mutarum cella (quæ vulcani filius Ardalus, à quo tribus inventam putant, fecisse dicitur, à quo Molus Ardalidis vocant) in qua dicendi artem Pitheus tradidisse fertur. Et librum quidem à Pitheo scriptum, ab Epidaurio verò homine editum, se legisse testatur. *Paus. in Corinth.*

Apud Thebas Boeotias septem portarum, unam Neidæm nominant: quod in cithara choridarum unam cui Neidæ nomen, Amphion rex ante hanc portam invenisse dicitur. *Pausan. in Boeotia.*

Himerentes & Caranentes, Sicilizæ populi, diu inter se de Stesichori lyrici poætæ patria certarunt: illis, quod apud se vixisset, his verò, quod sepulchrum ejus apud Catanam extra portam, Stesichorum ob id dictam, haberetur, sum esse dicantibus. Phalaris ergo Athypaleus judex delectas, pro Catanensibus pronuntiavit, quod apud Catanam studiis literarum operam navasset, & ingenii cultum fecisset, cujus merito tantum evasisset. *Gyraldus Dialogo 9. Hist. portarum.*

Lavenia est cenobium in summis Alpibus à D. Francisci, qui ibi signata divinitus recepit dicitur, insigni miraculo celebratum. *Jovius in Leone X. lib. 1.*

In Salaminæ insula speluncam adhuc ostendunt incolæ: terram se vidisse testatur *Gellius lib. 14. c. 20.*

Via, quæ à Træzene Hermonem ducit, ostendit saxum illud, quod cum Stenhis Jovis ara ante diceretur, postquam agnitionis monumenta à patre Egio ibi reposita fuit Thestæi conceptum est auncupati. *Pausanias in Corinthiaco.*

Possessionem rei alienius illustis.

Græcia olim deorum hominum illustrium monumenta ostendens, omnium vetustatis fidem atque gloriam in semetipsam transferre studuit: imprimis vero Athenienses, apud quos, ut quidam ait, — nihil sum nomine saxum. Quod ex Pausania vetusta Græcia intelligere licet.

Og regis Basan ferreum cubile adhuc extat Rabbathæ Ammonitarum, longitudine novem cubitorum virilium, latitudine quatuor. *Deut. 3.*

Est in Syria Joppe ante dilavium, ut ferunt, condita, ubi Cephea regnalit eo signo accolæ affirmant, quod titulum ejus fratrisque Phinei veteres quædam aræ cum religione plurima retinent: quinetiam rei celebratæ carminibus ac fabulis, servatque à Perseo Andromedæ clarum vestigium, belluæ marinæ ossa immania ostentant. *Mela lib. 1. Item Hieronymus & Plin. lib. 5. qui libro 9. hæc scribit: Belluæ cui dicebatur exposita fuisse Andromeda, ossa Romæ apportata ex oppido Judææ Joppe, ostendit inter reliqua miracula ædificate in M. Scouris, longitudine pedum xi. altitudine costarum Indicos elephantes excedente, spinæ crassitudine iscupedali.*

Pylæ Nestoris domus, ejusdemque sepulchrum, adhuc tempore Pausaniz extabat. Item spelunca, in qua Nestoris & ante eum Nelei boum stabulum fuit. Boves enim Neleus à filie prociis sponsaliumque munus deposcebat. *Pausan. in Messeniis.*

Axiades, id est, Irrisibile saxum, de re vehementer accita tristitque, proverbio circumfertur. Ostendebatur olim saxum quoddam in Artica, in quo ferebatur conicuisse Ceres, cum relicto celo, succensis facibus Proserpinam à Plutone raptam quæretet. Porro cum Eleusinea pervenisset, ibi tristis in saxo quodam insedit, quod eam ipsam causam *Æneas* appellabant. *Zonodotus. Eras. in Adagio.*

Leda, gravida ex Jove in cygnum converso, ovum peperit, unde gemini prognati Castor & Pollux. Id ovum Pausanias in Laconicis refert ostendi apud Lacedæmonios suspensum tantis à testudine tempore. *Eras. in Adagio.*

Incisum vicum prope Florentiam, Annibalem olim transfisse ferunt, certis argumentis, quod ibi elephantum ossa ab aratoribus hac ætate reperiantur, quæ bellias multo gelu Alpium correptas amiserat. *Jovius lib. 27. Hist.*

FAMILIÆ CLARÆ

APUD QUOS.

Peleus & Telamon, Aæci Jovis & Aeginæ nimphæ regis Aeginetæ filii, cum Phocum fratrem, qui regionem circa Panassum coluit, & à se Phocidem nominati fecit, interfecissent, solum veterunt. Erà Peleo quidem Epiri reges successerunt: è Telamonis autem filius Ajax, cum privatam semper vitam egerit, nimis illustre genus propagavit, præterquam quod Miltiades, cujus doctus ad Marathonem Athenienses feliciter contra Perias dimicavit, & Conon ejus F. insigni gloria fuerunt. At Teuceri posterii Cypriorum regnum usque ad Euagoram obtinuerunt. Phoci filii fuerunt Panopeus & Crisius. Panopei filius fuit Epæus, qui equum Trajanum fabricatus est. Crisi nepos fuit Pylades, ex Strophio Crisi filio & Anaxibia Agamemnonis filia. Hæc fuit gentis, qui sunt Aæcidæ appellati, tota posteritas, qui ab eadem stirpe profecti, è domo profugi, alio commigrarunt. *Paus. in Corinth.*

Cum Aegyptus Messeniorum rex, Crephonis F. post reditum Heraclidarum in Peloponnesum, & obscuro nobilitatem & largitionibus plebem delinisset, eò pervenit honoris, ut Aegyptiæ postea jam omnes appellati sint, cum autè Heraclidæ dicerentur. *Paus. in Messeniis.*

Cum Aristodemus Lacedæmoniorum rex duos haberet filios, Eurythbonem majorem natu, & Proclum, duæ regie familie inter se valde contrariæ sunt exortæ. Eurythones Agilium habuit Agidem, à quo omnes posterii Eurythenes Agilii sunt appellati, & tandem in Cleone Leonidæ filio decerunt. Procles filium habuit Soon, Soos Eurypon, à quo Proclis posterii Euripodidarum cognomen acceperunt, cum prius Proclidæ dicerentur. *Paus. in Lacon.*

Familia nobilis apud Athenienses Alcmæonidæ ab Alcmæone, Megacles F. qui ob liberaliter exceptos Crisii legatos, à Cræto tanto anno donatus fuit, quantum semel corpore suo ferre poterat. *Herod. lib. 6.*

Amiliorum gentem Romæ patriam fuisse & vetustam, pl.

A plerique consentiunt scriptores: at eorum auctorem, qui no-
men reliquit familie, Maecurum fuisse, Pythagorae sapientis
illius filium, qui ex dicendi lepore & venustate nomen in-
venit Amilii, praedicaverunt nonnulli, qui Pythagora
regis Numae institutionem attribuunt. *Pit. in Ami-
lio.*

P. Scipio ex Corneliorum gente, cum quo primam Han-
nibal Pœnus signa in Italia contulit, cujus fuit Cn. Scipio
frater, summi ambo imperatores, viri ornatissimi, qui pauco-
rum dierum intervallo in Hispania caesi occubuerunt. Sed ex
Publio duo Scipiones, P. Africanus & L. Afiaticus, filii ex-
titerunt: ex Cn. autem P. Cornelius Nasica orsus fuit, qui unus
vir optimus a senatu judicatus, matrem Cibelem ex Pessinun-
te suscepit, Tiberiumque Gracchum seditiones in urbe mo-
lientem interemit. Jam cum Scipio major Africanus filium
haberet natura admodum tenui & imbelli, unde & Valetu-
dinaris vocatus, ne decederet sine liberis, L. P. Amilii fi-
lium, & multi credunt, ex filia nepotem, in familiam no-
menque adoptavit. Fuerat enim Scipioni Africano uxor, filia
Pauli Amilii, qui consul, ad Cannas ne tanta cladi superesset,
B in conspectu belli caesus occubuit, ex qua unicum filium tulit
filias vero duas, quarum altera Scipioni Nasica, altera Tiberio
Graccho nupta fuit. Amilio vero Paulo quatuor filii exte-
rere duo in adoptionem alterius familiae dati, Scipio videlicet
& Fabius: duo in potestate retenti, quos ex altera conjuge si-
tulerat. Horum alter, quinque diebus ante triumphum,
quem speciosissimum de rege Persæ & omni Macedonia ha-
buit: alter tertia post triumphum die, adhuc impubes
mortem obire immaturam. Hic ergo Amilianus ex reli-
quis Pauli Amilii filii junior fuit, gloria militari illustris,
qui Africani nepos adoptivus, avitæ virtutis memor, provo-
catorum barbarum tribunus adhuc militum occidit. Cum
patre adversus Persen acriter pugnavit, egregia facinora ges-
sit. In Africam deinde cum exercitu profectus, tertium Pun-
ticum bellum confecit: Carthaginem & Numantium funditus
evertit: parta deinde victoria, & rebus confectis, cogno-
mentum Numantino & minori Africano inditum fuit. *Alex.
lib. 2. c. 11.*

Gothorum duæ illustrissimæ regique familiae, inter Vi-
sigothos Gallia & Hispania, Balda à moribus vocitati (ita
Cenim dicuntur apud eos audaces) inter Ostrogothos Amali,
ab Amalo summo & duce & rege nuncupati, qui Italiam
tenere. *Amilii.* Alaricus ex Balthorum genere fuit,
cui ob audaciam nomen Balda inter suos κατ' ἐξοχήν ad-
hæsit.
Henricus III. Anglorum rex genuit ex Aleonora filios
mares Edvardum Vallia principem, qui in ejus lo-
cum successit, & Edmundum Comitum Lancastriam. Ex-
titerunt longo post tempore, qui tradiderunt, hunc Ed-
mundum fuisse majorem natu Henrici regis filium, sed quia
aeternus esset, idcirco Edvardum regnum obtinuisse.
Hinc postea duæ nobilissimæ familiae ortum habuerunt,
quarum vulgus etiam nunc alteram Rosam Rubram, al-
teram Albam appellat, quod rosa alba unius, & rubra al-
terius familiae insignis sit. Atque ista commentati sunt, quò
Henricum IV. jure regnum repetivisse probarent, qui ad
Edmundum genus suum referebat, quique per vim in re-
gnum invasit. *Polydorus lib. 16.*

Anno Sal. 1067. sub Philippo Francorum Rege, è Gallis
duæ potentissimæ familiae, quæ apud externos
D duo potentissimæ regna crexerunt. Guilielmus notus
Normannia dux, Heraldus rege caelo, Angliam occupa-
vit: Godofredus vero Bullionius terram Sanctam &
Hierosolymam obtinuit. *Amilii de gestis Franc.*
Mediolani se crexerant Turriani ad summam potentiam, ab
initio in Repub. popularem auram optimis artibus aucupan-
tes: postremò autem dominandi libidine accensi, totius
publici consilii formam, Prætoris arbitria, & suffragiorum de-
nique omnia jura libertatemque sustulerunt. Fuit illis ma-
gne opes in Saxina valle, quæ est ad Larium lacum, creverant
que plurimum hereditate Tacii Reguli, qui geminos è Bel-
gica Gallia profugos Turriani fratres, militaris indolis, sibi
genetos adiecerat, atque adoptavit in filios. Ab his proge-
nitum ferunt supertorem Martinum, cognomine Gigantem,
qui post egregiam virtutis facinora, ad Antiochiam multis in
preliis edita, à Saracenis captus, & miserabili supplicio affec-
tus fuisse traditur. Hujus nepos fuit Paganus vir excellenti
virtute prudentiaque, qui multa cum laude liberalitatis &
pietatis, Mediolanensis à Friderico II. Cæsare, ad Cohor-
tinovæ oppidum, cruento prelio, anno 1132. profugatus, ad

se recepit, incredibilique benignitate omni humana ope ad-
iutus fovit, domumque dimisit: cui non multò post optimè de-
ferre merito gratiam revulerit, demandato ei Præture magistra-
tum, ipsoque cum universa familia civitate donato. *Jovius in
Othone Vicecomite.*

Habet urbs Roma pleraque nobiliss. familias, quarum
Urfini, Columenenses, Sabelli, celebritate nominis & opi-
bus clarissimi habentur. Hos discordia multis antè annis,
emulatione primò, inde apertis odiis, in perpetuum penè
certamen traxit: sæpè accidit, ut armis inter eos media tur-
be dilectatum: sed foris tantum liberiori campo sepius.
Quicquid oppidorum circumquaque urbi adjaçet, illorum
penè ditiosis est. *Sab. lib. 1. Dec. 4.*

Malactarum illustrissima familia in Italia. Ex Germania
auctor gentis: cujus opera, quæ utrida & fortis Othoni II.
Imperatori probata esset, in opprimendis Italiae terræ tyran-
nis, Ariminum ab eo dono tenuisse dicitur. Mox Cætera
& alia illustria loca unius familiae facta. *Sabellius lib. 2.
Emeada. 9.*

Raguinorum spectata virtutis in Boemia magnanimita-
tiq;ue familiam Sigismundus Imp. omnibus honoribus con-
lulit. *Bonfinius lib. 4. Dec.*

Series Corvinæ gentis, quæ in Ungaria feliciter regnavit,
in Romanos Corvinos refertur, quemadmodum deducit
Bonfinius lib. 9. Dec. 3.

Familia Turcarum quatuor nobiles & vetustate originis
Othomanorum domui pares: Michalugi, Ebrenes, Thura-
ciani, atque Malcoici: è quibus vel summæ virtutis homines,
neque purpurati, neque magistri equitum unquam evadunt,
ne immoda virum freti potentia, ad Imperium aspirant.
Sab. suppl. lib. 4. ex Jovio.

Cur. Ob Majorum Minorumve.

Divinitatem.

Abraham primò, inde David familiae celebritas non ab
hominum, sed ab ipsius Dei unigeniti filii Christi opt. max.
natalibus pendet. Is cretè, qui in summa aliquo humilitate
& paupertate nasci voluit, ex purissima tamen & integerrima
virgine Maria genitus avitam nobilitatem, Pietatis quidem
jam inde ab Abraham, Imperii vero à David rege sumpto
initio deduxit: eamque publicis Evangeliorum commenta-
riis Spiritus sancti ductu inferendam curavit, ut qui verus
homo natus fuit, ex bonis quoque bonus, quoad humanita-
tem, natus crederetur. Evangelista cretè in genealogia ejus
ab Abraham per David deducenda solliciti sunt. Et Mariam
quidem de dono David ortam cum constaret, Christum Da-
vidis F. esse, nemo ambagebat: De Josepho vero, qui legalis
erat pater, naturalis tamen videbatur esse, cum dubitarent
plurimi, ignari Christum de virgine tantum nasci debere,
Messiam esse negarent, nisi de Josephi genere constitisset:
praesertim cum mulier non in eam tribum, ex qua nata, sed in
quam fuisset matrimonio collocata, referenda videretur. Ita-
que genealogiam Josephi potius quam Mariae virginis conte-
xere studuerunt.

Cadmus Phœnix, serpente occiso, dentes sevit, ex quo
sevit editi homines, Sparti ob id ipsum appellati, quorum ope-
ra in Cadmea urbe edificanda usus est. Horum nomina fuisse,
Chthonius, Hyperenor, Pelorus, Udaeus & Echion, quem sibi
virtutis ergò generum acievit Cadmus, cujus filius fuit Pen-
theus. *Pausanias in Boeotia.*

Antiquitatem.

Valachia regulos antiquiss. stirpis ferunt, repetita origine
à Flacco præfide Romano, qui illustri virtutis argumento,
suum nomen provinciae reliquerit. Ab ejus enim tempore,
Myficam, quæ ultra Istrum ad Scythicas gentes extenditur,
Flacciam appellari coeptam constat, quam demum corrupta
sensim voce in Balachiam abisse perpericimus. *Sab. suppl.
24. ex Jovio.*

Eraditionem.

Æschylus tragicus Atheniensis, novæque Tragediæ in-
ventor, filios habuit Euphorionem & Bionem, itidem tra-
gicos: præterea nepotem ex fratre vel sorore Philoclem tra-
gicum, cujus filii duo Morfimus & Philippides: Morfimi fi-
lius Aftydamas, qui filium habuit Aftydamantem: omnes
tragicæ. Ut mirum sit, in eadem familia octo illustres existi-
tisse tragicos poetas. *Cyraldus Dial. 6. Hist. 6.*

Una familia Curionum Romæ, in qua tres continua
serie

A ser. e oratores exiterunt: Una FABIORUM, in qua tres con-
tinuit principes extiterunt: M. Fabius Ambustus, Fabius Rul-
lianus filius, Q. Fabius Guerges nepos. *Plut. lib. 7. ca-
pit. 41.*

SENECÆ ex Annorum familia Cordubensi illustriss. quæ
etiamnum hodie floret. Tres in primis ex ea fratres prodie-
rant doctrina & moribus clari, Annaus Seneca, Annaus Gal-
lio, Annaus Mela. Inde Seneca tragicus, Mela Pomponius
Lucanus, & alii. *Cyraldus dial. 8. Hist. poet.*

PETRUS de Ubaldis, medicus Perusinus, tres filios habuit
Jureconsultorum maximos. Qui deinde & ipsi nepotes patri
& pronepotes Jureconsultos dedere. *Id. Vide sub. Tit. In-
reconsultorum Baldam.*

Sancta SOPHIA nobiliss. familia Patavii habuit continuata
serie septem philosophos, simulque illustres medicos, ut qua-
si prodigii loco haberi possit gentis hujus cognomen: quan-
do sicuti Sophiæ nomine decoratur, sic etiam respici in
eo tamdiu perisus Sophiæ splendor illuxerit. Primus in ea
fuerit Nicolaus de S. Sophia, ann. 1350. mortuus: cum fi-
lius duobus Marfillo, Medicinae post Petrum Aponensem il-
lustratore summo, qui Bononiæ obiit, ann. 1404. & Joanne
fratre. Quartus Bartholomæus Joannis F. Deinde Galeacius
& Guilielmus. Tandem Bartholomæus, ann. 1515. Bernard.
Scar. l. v. bisfor. Pat.

Regnum, Imperium.

HERACLIUS Imp. solus ex sua stirpe sex Augustos ordi-
ne habuit. Securus cum est Imperio Constantinus III. filius,
quo interfecto vi veneni à Martina noverca, successit Hera-
clonas, Martinæ & Heracilii filius: verum post biennium re-
gno deturbatus, & in ejus locum Constantius filius Constantini
infuctus: cui post 27. annos successit Constantinus 4. filius:
huic Justinianus minor, sive Justinus tertius filius ejusque
filius Tiberius, in quo desecit progenies Heracilii, occiso à
Philippo Bardano.

Imperatores omnes inde ab Henrico I. Othonis Magni pa-
tre, ad Fridericum usque II. sanguinem traxere Saxonicum.
Hinc quidam SAXONIAE domum annis ccc. Imperium
tenuisse ajunt. Ex illo enim tempore nullus est assumptus
princeps, sive ex Saxonis, sive ex Sævis, qui non è Saxo-
nica de domo produsse gloriarentur: Otto enim I. Sueviae fi-
lius, & Bavariae fratrem præfexit, & cum Francis junxit
assinitatem, ut omnes per Germaniam domus illustriores Saxo-
nicum sanguinem cum laude testarentur. *Cranzius l. 8.
Saxon. c. 18.*

IN SPECIE HUC PER-

tinent.

EPISCOPI HONORE AFFECTI,

CULTI.

Ex loco Insitria religiose, huc quadam, quate-
nus Sacri homines dignis honori-
bus afficiunt.

Cupiebat Berengarius I. Italiae rex Papiam, ut quæ regni se-
des erat, honore supra reliquis regni civitates esse. Itaque
quoniam ECCLESIAM ejus metropolitana afficere dignita-
tem non poterat, jus atque insignia nova Episcopo conquisi-
vit: atque ut Anastasius IV. Pontifex ejus cupiditatis indul-
geret adhibende umbellæ, equo albo vehendi, crucis præ-
terende, & in Concilio à lava Pontificis assidendi, obti-
nit. *Signonius l. 6. de reg. Ital.*

PRINCIPES CLARI,

illustres.

Ex loco Politico non deest exempla
CIVES ob Patriam CLARI.

THEMISTOCLES in jurgio contra Seripsum quemdam,
ut Cicero placuit: Neque se, si Scripsi, neque illum,
si Atheniensis extitisset, unquam clarum futurum pronuncia-
vit, virtuti suæ patriæ splendorem veluti obstetricum in-
nuens.

FILII OB PARENTES CLARI.

Huc pertinent.

Apollo Latona & Jovis filius, ex Æthusa Neptuni filia
Eleutherum suscepit, è Corycia Nympha Lycorum: è
Thyia, vel Melæne filia Cephalii, Delphum: ex Acachallide
Pha, Aristem: Cheroneum, è Cyrene Nym-
phote, Coronium: è Syllide Nympha, Zeuxippum: ex Aethre,
Idmonem: è Sinope, Syrum: è Dia Lycaonis, Dryo-
pem: è Manto, Mopium: è Melia Oceani, Tamarum va-
tem, & Ithenium. Linaus, Philisthenes, Jamus, Laphitus
L. B. Theatr. vitæ Humanæ. Tom. IV.

Anius, Argeus, Haïra, Pÿche, Philemon, Garamantes, Actius E
Branchus, Nomiis, Eurynome, Dorus, Eædocus, Polipetes,
aliique complures dicuntur fuisse Apollinis filii. *Natalis co-
mes Mythol. l. 4. c. 10.*

Hermaphroditum ex Mercurio ac Venere genitum, urinf-
que parentis nomen cepisse ferunt. Hunc deum esse opinan-
tur promiscua viri ac feminae natura: fuisse quoque specie
molliorque corporis feminae similem, & opera exerceisse vi-
ri. Quidam ejusmodi partus afferunt naturam monstrâ, quòd
rarò fiant, atque aliquid tum bonum tum malum portendant
Diadars l. 4. c. 1.

Vulcanus cum arma Jovi, quibus in bello adversus gigan-
tes usus est, fabricasset, Jupiter juravit per Stygiam paludem
quodcumque poposcisset, se illi concessurum. At Vulcanus Mi-
nervæ nuptias, cui Jupiter perpetuam virginitatem conce-
derat, postulavit. Jupiter cum id negare non posset, tum Mi-
nervam monuit, ut reluctaretur. *Pausanias in Attica.* Eri-
chthonio patrem fuisse neminem mortuorum, inquit, sed quo-
niam ex Terra & contentione sit genitus Vulcani, ita fuisse
nominatum. Hunc terrigenam & inter serpentes educatum
fuisse, scripsit *Eripides in Ione*. Alii dictum volunt non à con-
tentione, quam ipse significat, sed à *erri* ipis, è lana scilicet in
terram coniecta à Minerva se abstergente. Inde postea dicti
sunt Terigenæ omnes Athenienses. Fabulantur Erichthonio
crura fuisse angubus similia. Erichthonius à Minerva in tem-
plo educatus, cum adolevisset, regnum Athenarum acce-
pisset, Minervæ altricis signum in arce erexit, & Panathæna
solennitatem in honorem Minervæ instituit. Alii à Theoclo
instituta maluerunt. Tandem ducta Pasitea, sive Phafitheia
nympha, filium Pandionem, qui in regno successit, Orythiam
& Proctim filias suscepit. *Natalis Comes Mythologie lib.
9. cap. 11.*

Apud Didymos Didymenæ matri & Attæ dedicatum est
sanum. Gallograci Jovem fabulantur per somnum in terram
semem profudisse, ex eo terræ conceptu Genium humanæ qui-
dem figura, sed ambiguo sexu in lucem produsse, Agdistin
appellatum: Deos multo exterritos, virilem ei partem exci-
cuisse: ex ea amygdalum enatum, cujus cum maturus fructus
aperisset Sangarui amnis filia, eosque in sinum abdidisset, eva-
nuisse illos quidem: verum puellam gravidam factam puerum
enixam: hunc in sylva expositum, à capella educatum, cum
adolevisset, eximia fuisse, multò quàm humana excellen-
tior pulchritudine. Quocirca acri ejus amore captum Agdistin.
Cum ad virilem eam pervenisset, Pessinuntem cum propin-
qui sui miseront. Ibi cum regis filiam uxorem esset ducturus,
& jam nuptiale carmen cantaretur, repenti Agdistis interve-
niens, tantam Attæ immisit furorcm, ut sibi pudenda præcide-
ret. Hoc item fecer ipsius fecit. Agdistin facti poenituit: qua-
re à Jove impetravit, nequa in posterum corporis Attæ pars
corumperetur, aut tabesceret. *Pausanias in Achaicis.*

Ex Pherecyde, Jupiter Elaram Orchomeni filiam compre-
fit. At cum Junonem formidaret, illam pregnantem intra ter-
ram occultavit, unde natus est Tityus. Mare mortua, terra
illum nutrit, quare dictus est terræ alumnus. *Natalis Co-
mes Mythologie l. 6. c. 19.*

Orion ab urina dictus, quem Candona dicitur Pæotii.
Nam quum Orice ex Clonia non nascerentur liberi, Jupi-
ter, Neptunus, Apollo suscepti hospitio, in bovis corium tri-
na emissa, Oriona produxerunt. Quo argumento Tripatum
appellavit in Alexandria Lycophron. *Celins lib. 4. cap. 20.
A. L.*

Scribia Neocles Crotonia, ovum, ex quo prognata H
tur Helena, ex Luna delapsam. Quippe ova parere Selendis
esse nobis ampliores, quod approbat Herodotus quoque Decia
cleotes. Cæterum vetustum educationis morem fabellæ occa-
sionem dedisse, *Athen. tradit l. 2. c. 17.* inquit: *dua* vocatur
cænacula Græci veteres. *Clearchus in amatioris*, Helenam
in ejusmodi palatii scribit educatam fuisse, & idcirco famam
apud multos increbuisse, quòd ex ovo esset genita.

Ferunt principem philosophorum Platonem, natum de
virginis partu, Perictione ejusdem matre Apollinis oppressa
phantasmate. Nimirum huic somniis Christi verum ortum
in dubium revocare demon studuit astutissimus. *Ravissus.*
Seleucus, qui Syriae regno postea etiam Asia jura addidit,
ipse cum posteris nascebatur coxa anchoræ imagine signa-
ta. Nec minus mirum, matrem ejus somniasse, se ex Apolline
gravidam factam, & præmium concubitus ab eo annulum ac-
cepisse, cui anchora sicut in filii coxa, erat inscripta: quem an-
nulum postea ad bellum cum Alexandro eunti Seleuco mater
dono